qꝫ mater vr̃a tradita ẽ alienigene ma-
rito· Pgens vͦ cū gemitu et lacrimis
puenit ad quēdā fluuiū· Et ꝑpt̃ abūdan-
ciā aquarū nō est ausꝰ ingredi cū duobꝫ
filyꝭ suis in aquā· Portans vͦ infantē
sup humeros suos· reliquit alterum
circa ripā· Et trāsposuit infantē quem
portauerat sup terram et ibat ut portaret
et alterū· Cū venisset aūt ī mediū flu-
minis· minis aūt fluuiꝰ dilatatꝰ erat·
intendens vidit· et ecce leo rapuit filiū
eiꝰ et abyt in siluas· et desperans de eo·
Reuisꝰ impaciencia spem habens alteriꝰ·
Et cum abiret et ecce similiter lupus
rapuit et aliū filiū eiꝰ et abyt et nō
potuit eū insequi· Et cū esset ī medio
fluminis cepit euellere capillos capi-
tis sui plangens et vlulās voluit se
pcipitare in aquā· Sed interim cōstantē
eū reddidit puidencia dei qui futura
puiderat· Leo vͦ rapiens puerū con-
seruauit illesum· ꝑ puidenciam dei·
Videntes aūt pastores puerū portari
a leone viuū· insecuti sūt eū cū canibꝫ·
Ꝑ dispensationem vero dei fugiēs leo
piecit infantē incolomē et recessit· Al-
terū vͦ infantē qui raptꝰ fuat a lupo
ꝑ diuinā puidenciā saluatꝰ est et ipse
a lupo· Videntes aūt quidam aratores
insequentes lupū liberauerūt puerū
illesum· Vtriqꝫ gͦ siue pastores siue ar-
atores de vno fuerūt vico· Et accipien-
tes pueros educauerūt apud se· Hec vͦ
eustachiꝰ nesciebat ꝫ pgebat plangēs
et lugens pciter et hec dicēs· Heu mͥ
quondā pollēti ut arbor vero modo
nudatꝰ sū· Heu mͥ qͥ ī abūdancia nimia
fuerā modo captiuitatꝭ merore desola-
tus sū· Heu mͥ quia magr̃ militū et mul-
titudine exercitꝰ circūdatꝰ fuerā· modo
solꝰ relictꝰ sū nec filios concessꝰ sum
habere· Sꝫ tu dn̄e ne in finē derelinquas
me ne despicias lacrimas meas· Memi-
ni dn̄e dicentē te qꝺ oportet me tēp-
tari sic iob· sed ecce plꝰ aliquid in me
fieri video· Ille em̄ et si possessionibus
caruit· ꝫ stercꝰ habuit supra qd̄ con-
cessū est illi sedere· Ego vero pegre
eadē pacior tormēta· Ille amicos habuit
cōpacientes ei ego vero in deserto inter
immites feras nō habeo consolacionē
q filios meos rapuerūt· Ille et si ram-
is caruit· si radicē vxoris respiciēs
secū consolabatur· Ego vero infelix vndiqꝫ

sine radice factꝰ sū· nec stillā generis
mei respiciens· ꝫ sū similis ramis in
deserto· qui vndiqꝫ pcellis conquassantur·
ne exerceris dn̄e tuū seruū multiloquiū
Doleo em̄ dū dicor· et inuitꝰ dicor quo
nō oportet· Pone dn̄e custodia ori meo
ut nō declinet cor meū in vͣ mala· et
eiciar a facie tua· Da vͦ dn̄e iā requiē
de multis tribulacōibꝫ meis· Et hec dicēs
cū lacrimis et gemitu animi abyt ad quedā
vicū qui dicebatur dadissus· Et ingrediēs
meū opabatur et acqrebat victū· Commorās
vͦ ī eo plurimū tempꝰ· Postulauit eiꝰdē
vici habitatores et posuerūt eū custodiē
agros suos· Et mercedē accipiēs degebat
ibi annos xv· Fily aūt educati sūt sicut
supra diximꝰ in altero vico nō cognoscen-
tes alterutrū qꝺ eēnt fr̄es· Dn̄s vͦ nauis
ille alienigena accipiens vxorē eustachy
pduxit ad suā patriā· Dn̄i vͦ grā obum-
brauit mulierē ut nō se ei commisceret
alienigena ī oī illo tp̄e· Hoc em̄ et postu-
labat adeo ut custodiret ab alienigene
communicione· Contigit vͦ illū alienigenā
mori et ipsā sue eē ptatis· Post hos aūt
dies factꝰ est incursꝰ hostium ī illa terra
vbi erat vxor eustachy· Qui exeuntes
plurimas inuaserūt terras romanorum
Immino gͦ tumultu cōsistebat imperator
de inuasione hostiū et commoratꝰ est placidā
et qꝺ plerūqꝫ strenue egisset contra ipsos
hostes et contristabatur de subita eiꝰ mu-
tacione· Colligens aūt exercitū et inspi-
ciens oēs milites de placida exquirebat
quid cognouissent de eo viuere an mori
Et dabat mādatū vnicuiqꝫ militū ut inqre-
rent eū et misit pronā quāqꝫ ciuitatem
et terrā que erat sub imperio suo ut inquirerent
eū dicens· Si quis eū inuenerit et indi-
cauerit mͥ ampliores addā ei honores
et emolumentorū augebo solacia· Duo vͦ
quidā milites noīe antiochꝰ et achacius
qui aliqn̄ ministrauerūt placide· pcesse-
runt ad inquirendū eū· Et pagrantes oēꝫ
terrā que sub romanorū esset imperio· vene-
rūt in vicū illū vbi degebat eustachiꝰ·
Eustachiꝰ vͦ a longe considerās ex cōsue-
tudine incessꝰ eorū recognouit eos· Et
veniēs ī memoriā prioris sui conuersacionis
cepit pturbari et orans dicere· Dn̄e deꝰ
mꝰ qui de oī tribulacōe eruis sperantes
in te· quemadmodū istos preter spem vidi·
qui aliqn̄ mecū fuerunt· iube ut videā
ancillam tuā coniugem meam· Nā infan-
tes mei scio quod ꝓpter meā prauitatē

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%20101r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%20101r)